Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38189
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



bonum coniugii ꝑ qđ ordinata soci & a
te nascitur homo sed nemo renascitur
in xp̄i corpore nisi prius nascatur in
peccati corpore ; Sic autē bono male
uti malum. ē. sic malo bene uti bonū. ē.
Duo igitur haec bonum & malum. & alia
duo usus bonus & usus malus sim bi &
adiuncta quattuor differentias faciunt
bene utitur bono continentiā dedicans
dō. male utitur bono continentiā dedi
cans idolo. male utitur malo concu
piscentiae relaxans adulterio. bene
utitur malo concupiscentia restrin
gens conubio. sicut ergo melius. ē. beñ
uti bono quam bene uti malo. cum si
utrumq: bonum. ita qui dat uirginē
suam benefac̄. & qui non dat nubtū
melius facit. de qua quaestione multo
uberius & multo sufficientius in duob;
libris uno de bono coniugali altero de sc̄a
uirginitate quantum dn̄s dedit ꝑ mea
rum uiriū exiguitate disserui.